

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 14: De confessione (14)

Idem (Hugo):

Amat Christus confitentium humilitatem, non superborum obstinationem,
qui declinant cor suum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.

Iustus enim in initio accusator est sui.

Quid est quod celare velis illum quem nil latet,
cui omne cor patet, qui videt in abscondito,
qui novit cogitationes hominum?

Quoniam vane sunt.

Abscondit se Adam in paradiſo post culpam,
sed abscondi non potuit quia nudus fuit.
In oculis enim omnipotentis nuda et aperta sunt omnia.

Amat Christus confitentium humilitatem, non superborum obstinationem,
qui declinant cor suum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.

Sed tu, benignissime Domine,
inclina cor meum ad faciendas justificationes tuas in omni tempore,
ne declines cor meum in verba malitiae, (Psal. CXL) sed justitiae.

Justus enim in initio accusator est sui (Prov. XVIII).

Quid est quod clare vis illi, quem nihil latet,
cui omne cor patet, qui videt in abscondito,
qui novit cogitationes hominum?

Abscondit se Adam in paradiſo post culpam,
sed abscondi non potuit, qui nudus fuit.

Oculis enim omnipotentis Dei nuda et aperta sunt omnia (Hebr. IV).

Hugo de Folieto, *De clauſtro animae libri quatuor*, 21 (PL 176, col.1079B-C).